



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

27. Decembris. 6. Cal. Januar.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

habas olim ad secularem militiam, sed gravis morbus salubriora te docuit arma capere, regularis disciplinæ, quibus cælum feliciter expugnasti; emissio inter precandum spiritu. Non male oratio à quibusdam *Clavis cæli* appellatur, quâ thesaurus gratiarum aperitur. Sed auream esse oportet, divino fulgentem amore, humili in Deum fiducia, & perseverantia. Tu me hoc modo doce orare.

S. BERNARDUS, ser. 5. in XL.

Nos quid oremus sicut oportet, nescimus: sed miserator ille supremus ignorantiam nostram benignè suscipiens, quod nobis aut omnino non est utile, aut non tam citò dari necesse est, minime tribuit; oratio tamen *infructuosa* non erit.

Oratio
nulla
infructuosa.



27. Decembris. 6. Cal. Januar.

B. MARNOCHE, Abbas in Hibernia: qui solis occidentis instar postremis sanctimoniarum radiis per miracula tam in vivis quàm post obitum patrata, Insulam illam perstrinxisti. Eo enim tempore, quo sacra ossa tua honoratiori sepulchro sunt condita, erupit ex avernali specu lava hæresis, sub cuius

Floruit
circa
annum
1550.

470 ANNI CISTERCIENS.
sub cuius detestabili jugo hucusque ge-
mit Hibernia. Tu ora, ut verum fidei lu-
men nunquam occidat, sed me comiserit
ac perducatur ad lumen æternæ gloriæ, in
quo tu nunc feliciter letaris.


Obijt
anno
1353.

B. GOSWINE, Loci S. Bernardi
prope Antverpnam Abbas: qui licet
summis infimisque ob insignem pieta-
tem charus & venerandus esses; non
tamen defuit ex propria domo, qui so-
lam ambitionem virtutibus tuis opo-
ponens subreptitio Principis favore te
de dignitatis gradu pelleret. Quam
injuriam tanta mentis tranquillitate
tulisti, ut præter te & incubatorem il-
lum nemo sibi temperaret à lacrymis.
Sed non potuit invidia præcludere vi-
am ad coelum, cui te sanctimonia tua
inseruit. Experimento proprio didicisti,
ac docuisti, quàm pleni dolis & fraudibus
sint mundi hujus favores. Felix qui se i-
mitatur, & firmiter radicans in Dei amo-
re, vel fuga declinat, vel patientiâ supe-
rat ejus tyrannidem.

S. BERNARDUS, ser. 5. de Ascens.

Mundi Undique se ingerit amor mundi, cum
insidia. consolationibus, imò desolationibus su-
is observat aditus, per fenestras irruit,
mentem occupat: sed non ejus, qui di-
cit: Re-

*cit: Renuit consolari anima mea: me-
mor fui Dei, & delectatus sum.*



28. Decembris. 5. Cal. Januar.

B. MARGARITA, dicta Jeroso-^{Obijt}
lymitana, quòd in ipso Christi Ser.^{anno}
vatoris natali solo à Matre illuc pere-^{1214o}
grinationem instituyente, progenita fu-
eris: quam terram trigesimo ætatis an-^{Simu-}
no revisens, ut integritatem pudoris ^{lat vi-}
conservares, militibus Christianis jun-^{rum.}
cta virum te simulasti. Fidem fecit mi-
litaris audacia, cujus specimen vulnus
ostendit, quod in fronte acceperas. E
variis deinde periculis bis tæque capti-
va ope Matris Virginis non sinè pro-
digis erepta, & auxilio Mercatorum
Hispanorum in Gallias reversa, Fra-
trem Germanum, in Fonte-Frigido
monachum invenisti: cujus consilio in
Cirsterciensium Virginum consortio
reliquum vitæ in celebri sanctimonia
transegesti. *Non est necesse in regionibus
longinquis quærere pericula, circumval-
lant nos pessimi salutis nostræ insidiatores.
Tu roga meo nomine Mariam, ut tanquam
acies ordinata suam mihi opem non dene-
get: illa protegente perire non possum.*

B. VIOLANTIA; Coaversa Lu-^{Fl. añ.}
sitaniæ;